Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm qvod adversvs socios gestum est. Tit. XVIII

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

ſerat. In hoc ſtatu rerũ pares opibus: animus: dignitate: unde &
nata Liuio Druſo emulatio acceſſerat: Equitẽ Seruilius Cœpio
ſenatũ Liuius D ruſus aſſerere: ſigna/ & aquilæ & uexilla aderãt
Cæterum ſic urbe in una quaſi in binis caſtris diſſidebat: prior
Cœpio ĩ ſenatũ impetu facto: reos ambitus Scaurũ & Philippũ
principes nobilitatis eligit. His ut motibus reſiſteret Druſus/
plebẽ ad ſe Graccanis legibus eiſdem: ſocios ad plebẽ ſpe ciui-
tatis erexit: Extat uox ipſius/ nihil ſe ad largitionẽ ulli reliqſſe: ni-
ſi ſi qs aut cœnũ diuidere uellet aut cœlũ: aderat ꝓmulgãdi dies
cũ ſubito tanta uis hoĩum undiq; apparuit: ut hoſtiũ aduẽtu ob
ſeſſa ciuitas uideret. Auſus tamẽ abrogare de legibus cõſul Phi-
lippus ſed apphenſum faucibꝰ uiator nõ ante dimiſit: q̃ ſanguis
A. li. actæ. & in ora & oculos redundaret: Sic ꝑ uim datæ iuſſæq; leges: ſed
ꝑcium rogatõis ſtatĩ ſocii flagitare: cũ interim imparẽ Druſum
ægrumq; rerũ temere motarũ matura: ut ĩ tali diſcrimine: mors
abſtulit: nec ideo minus ſocii promiſſa Druſi a Populo Roma-
no repoſcere armis deſierunt.

BELLVM QVOD ADVERSVS ſocios geſtum eſt. Tit. XVIII.

S Ociale bellum uocet licet/ ut extenuemus inuidiã ſi
uerum tamẽ uolumus: illud ciuile bellum fuit: quip-
pe cũ Populus Romanus Ethruſcos: Latinos: Sabi-
noſq; miſcuerit: & unum ex oĩbus ſanguinẽ ducat:
corpus fecit ex membris & ex oĩbus unus eſt. Nec minore flagi-
tio ſocii intra Italiam: q̃ intra urbẽ ciues rebellabant. Itaq; cum
Tuſciæ ciuitates: quas uiribus auxerant ſocii iuſtiſsime poſtula-
rent: ad quã ſpem eos cupidine dominationis Druſus erexerat.
Poſtq̃ ille domeſtico ſcelere oppreſſus eſt/ eadem fax quæ illum
cremauit: ſocios in arma & in expugnationem urbis accendit.
Quid hac clade triſtius? quid calamitoſius: cũ omne latiũ: atq;
Picenum: Ethruria omnis: atq; Campania. Poſtremo Italia cõ-
tra matrem ac parentem ſuam urbem conſurgerent: cum omne

robur fortiſsimorũ fideliſsimorumq; ſociorum ſub ſuis quiſq;
ſignis haberent municipalia iſta prodigia. Popedius Marſos &
etiã Latinos: Afranius Vmbros: Totus ſenatus & cõſules Sam/
nium: Lucaniãq; Theleſinus: cum regũ & gẽtium arbiter popu/
lus: ipm ſe regere nec poſſet: ut uictrix Aſiæ Europæq; a cõſinio
Roma peteret: Primũ fuit belli ĩ Albano monte cõſilium: ut fe/
ſto die Latinaꝝ Sex. Lutius Cæſar & Martius Philippus / conſu/
les / inter ſacra & aras ĩmolarẽtur. Poſtq̃ id nephas ꝓditione diſ
cuſſum eſt! Aſculo furor oĩs erupit. In ipa quidẽ Ludoꝝ frequẽ/
tia trucidatis: q tum aderãt ab urbe legatis. Hoc fuit impii belli
ſacramentũ: inde iam paſsim ab omni parte Italie duce & aucto
re belli diſcurſante Popedio diuerſa ꝑ populos & urbes ſigna ce
cinere / Nec Hãnibalis nec Pyrrhi fuit tanta uaſtatio. Ecce Otri/
culum ecce Grumentũ: ecce Feſulæ. Carſeoli reſeratæ: Nuceriæ
& Picentii cædibus ferro & igne uaſtantur. Fuſæ Rutilii copiæ.
fuſæ Cœpionis Na ipe Iulius Cæſar exercitu amiſſo cũ in urbẽ
cruentus referret / miſerabili funere / mediam etiã urbem peruiã
fecit. Sed magna Populi Romani fortuna: & ſemper ĩ malis ma
ior: totis denuo uiribus inſurrexit: aggreſsiq; ſinguli populos:
Cato diſcutit Ethruſcos. Gabinius Marſos. Carbo Lucãos. Syl
la Samnites. Strabo uero Pompeius oĩa flãmis ferroq; popula/
tus. nõ prius finem cœdiũ: quam Aſculi euerſione / manibus tot
exercituũ conſularium: direptarumq; urbiũ / diis litaret.

BELLVM SERVILE. TI. XVIIII.

V T cunq; & ſi cum ſociis nephas: cum liberis tamen
& ingenuis dimicatum ẽ. Quis æquo animo ferat
in pricipe gentium populo bella ſeruorum! Primũ
ſeruile bellum inter initia urbis Herdonio duce Sa/
bino in ipſa urbe tentatum eſt: cum occupata Tribunitiis ſediti/
onibus ciuitate Capitolium obſeſsum eſt & a conſule captum.
Sed hic tumultus magis fuit quam bellum. Mox imperio per di
uerſa terraꝝ occupato: quis crederet! Siciliã multo cruentius ſer
uili: q̃ Punico bello eſſe uaſtatã: Terra frugũ ferax & quodam/